

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Timor ad
cum fonte primo

Quid enim prodest mala accrescere

et praesens tempus futuri metu perdere?
Stultum est quandoque quia
sis futurus miser esse iam miserum.

Quicquid uereris ne eueniat
euentum utique proponere et
quodcumque est illud malum, tecum
ipse metire ac timorem tuum taxa.
Intelliges aut non magnum aut
non longum esse quod metuis.

Seneca XXIII. epistola.

Quid enim necesse est mala accersere,
satis cito patienda cum venerint
praesumere,
ac praesens tempus futuri metu perdere?
Est sine dubio stultum, quia quandoque
sis futurus miser, esse iam miserum.
Sed ego alia te ad securitatem via
ducam: si vis omnem sollicitudinem
exuere,
quidquid uereris ne eueniat
eventurum utique proponere, et
quodcumque est illud malum, tecum
ipse metire ac timorem tuum taxa:
intelliges profecto aut non magnum aut
non longum esse quod metuis.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 24, 1-2 (L. Reynolds
ed., vol. 1, p.66, ll.8-16).